UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Iosephi Ripamontii E Collegio Ambrosiano Historiarvm Ecclesiae Mediolanensis Decas ...

Decas Prima

Ripamonti, Giuseppe

Mediolani, 1617

Vorwort

urn:nbn:de:hbz:466:1-11209

Visual Library

SExtus hic annus agitur, ex quo, Federicus Borromęus Cardinalis, Collegium Ambroſianum, & vndique collecta volumina, rempublicam fecit, decreto nobis ſtipendio, datisq. legibus, quibus in hanc aſciti fortunam vteremur. Ab huius Ambroſiani Collegij primordijs, cùm inſtituerim ego, Pontifices, & tempora, caſuſque Mediolanenſis Eccleſiæ mandare litteris, vix tamen adhuc vltra dimidium operis proceſſi, præbuitq. tam lento progreſſui cauſam obſcuriſſima rerum memoria, dū eas cogor extrahere velut ex profundo. Atq. ego quidem iam inde à principio fixum hoc & animo deliberatum habueram, vt ſeró potius vniuerſa ſua mole completum opus, quàm in partes & membra feſtinatum euulgarem. Sed per Collegij leges, & inſtituta, cunctari diutius non potui. Prodit igitur huius Eccleſiaſticę Hiſtorię Prima Pars, à Barnabæ initijs ad extrema Chryſolai, quod ſpatium

eſt annorum centum fere ſupra mille.
Reliqua deinceps, vt minus impedita
fortaſſe felicius abſoluentur; ſecundaq.
& tertia Decas, ſi vita ſuppeditabit,
propediem apparebunt.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN